

241,
44—242, 3

sic me muniam, quod violenciam tuam minime pertimesco. Post hec cepit comes Rûdolphus episcopum Basiliensem cognatum suum quantum potuit impugnare, nam villam Blodelshaim³⁹⁾, que tunc noviter munita fuerat fossato atque propugnaculis, potenter intravit et omnia, que in ea fuerant, devastavit. Post hec comites⁴⁰⁾ de Dockenburg, filios sororis⁴¹⁾ episcopi⁴²⁾, obsedit et eos efficaciter impugnavit. Episcopus vero Basiliensis in odium Rûdolphi castrum Hertenberg⁴³⁾, quod noviter | constructum et bene consumatum fuerat, obsedit, cepit, funditus evertibat. Episcopus etiam castrum Reynfelden, quod inexpugnabile videbatur, violenter optinuit et traxit in propriam potestatem.

fol. 175v

242, 4—5

(242, 6—22)

Castellum, quod Secunis⁴⁴⁾ dicitur, quod tunc erat de dominio comitis Rûdolphi, ignis casu superveniens et quasi totaliter exuritur et devastatur. Eorum enim peccatis exigentibus hoc eis creditur accidisse. Sanctus enim Fridolinus locum illum usque ad illud tempus custodierat, ut nullus dominorum eos enormiter poterat infestare. Cives vero illius loci non confidentes in domino suo sancto Fridolino, sed pontem, quem ipse fecerat, destruxerunt, predas pauperum innocentum introduxerunt et connessionibus et luxuriis insistebant. His et his similibus peccaverunt et ideo perierunt. Indignacionem enim suam sanctus Fridolinus duobus annis ante destructionem loci pulsacionibus, quas faciebat in capsâ, qua eius reliquie requiescunt, pluribus et multis vicibus ostendebat. Custos enim ecclesie et abatissa monasterii libere condicionis comitum de Griers⁴⁵⁾ dixerunt, quod sanctus Fridolinus filiabus suis canonissis in somnis aparuisse et indignacionem suam sepius ostendisset. Nam iste custos fuit frater hospitalis, jacuit semper et omni nocte in ecclesia eamque custodivit, retulit sepius se eum audivisse. Loco vero per ignem destructo venit episcopus Basiliensis⁴⁶⁾, qui tot tribulaciones

³⁹⁾ *Blodelsheim, Dorf nordöstlich von Ensisheim (OElssaß), urkdl. Bladoltzheim 1223, Bladoltzheim 1272. Die Zerstörung fällt nach Matthias von Neuenburg (MGH SS N.S. 4, S. 20, 7) in das Jahr 1272.*

⁴⁰⁾ *Friedrich (urkdl. 1249—1283) und Wilhelm (urkdl. 1255—1278) von Toggenburg.*

⁴¹⁾ *Gertrude von Neuenburg, urkdl. 1226—1255.*

⁴²⁾ *Heinrich von Neuenburg, Bischof von Basel 1262—1274.*

⁴³⁾ *Hertenberg, eine verschwundene Burg bei Herten (Lörrach), keine weiteren urkdl. Belege außer Ann. Col. min. MGH SS 17, 191, 41 Hertinberch. Danach fiel die Eroberung in das Jahr 1268.*

⁴⁴⁾ *Säkingen, urkdl. Seckingen 1270. Der Brand geschah am 17. 8. 1272.*

⁴⁵⁾ *N. N. aus dem Geschlecht der Grafen von Greyerz, vermutlich Tochter Rudolfs II. v. Greyerz, urkdl. 1196—1226. Ihr Bruder wäre dann Peter von Greyerz, Abt von Hautrive 1251—1261.*

⁴⁶⁾ *Heinrich von Neuenburg 1262—1274.*